

Fridrich Sicilský uděluje a potvrzuje moravskému markraběti „Mocran et Mocran“ se všemi právy a příslušenstvím.

Basilej, 26. září 1212

MGH DF II (XIV.2), s. 5–7, č. 172.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS AMEN. FREDERICUS divina favente clementia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Cum decor et potestas imperii nostrum precesserit statum, dignum tamen ac honestum arbitramur fore eorum votis uberius acclinare, quorum fidem ac devotionem circa universa negotia nostra promovenda integram ac inconvulsam certiori experientia didicimus. Inde est, quod nos advertentes grata ac preclara devotionis obsequia, que Henricus nobilis marchio Moraviae, hactenus tam fideliter quam devote nobis exhibuit ac etiam Domino largiente in antea est exhibiturus, suis ad presens in quantum possumus respondere cupientes obsequiis, notum facimus tam presentibus quam in evum successuris, quod nos eidem marchioni et heredibus suis de nostre liberalitatis munificentia concedimus et confirmamus Mocran et Mocran cum omni iure et pertinentiis suis, salvo servitio, quod inde curie nostre debetur. Ad huius autem confirmationis et concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Henrici de Parisius, notarii et fidelis nostri, scripsi et bulla nostra aurea iussimus communiri anno, mense et indictione subscriptis. Huius rei testes sunt: archiepiscopus Bari, episcopus Tridentinus, episcopus Basiliensis, episcopus Constantiensis, episcopus Curiensis, abbas Augensis, abbas Sancti Galli, abbas de Wiceburc, Bertoldus de Nisphe, regalis curie prothonotarius, comes Ulricus de Chiburc, comes Rodulfus de Habechesburc et langravius de Alsatia, comites Loduicus et Hermannus de Froburc, comes Warnerus de Hohenburc, Arnoldus nobilis de Wart, Rodulfus advocatus de Raprehteshiwilare et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, mense Septembris,

Ve jménu svaté a nerozdílné Trojice Amen. Fridrich z Boží milosti a přízně designovaný císař Římanů, vždy rozmnožitel říše, král sicilský, vévoda apulský a kníže kapujský. Protože ozdoba a moc císařská předchází náš stav, pokládáme alespoň za důstojné a čestné být štědře nakloněni přáním těch, jejichž věrnou oddanost ve vztahu ke všem našim záležitostem jsme na základě jistých zkušeností shledali naprosto pevnou.

Proto my po přihlednutí k milým a přeslavným službám oddanosti, které nám Jindřich, vznešený markrabě moravský až dosud jak věrně tak oddaně prokazoval a rovněž Pánu hodlá v budoucnu prokazovat, v touze odměnit jeho služby nakolik je to v našich silách, známo činíme jak přítomným, tak budoucím, že jmenovanému markraběti a jeho dědicům z nadbytku naší laskavé štědrosti udělujeme a potvrzujeme Mocran a Mocran se vším právem a se svými náležitostmi, se zachováním povinnosti, která odtud plyne našemu dvoru.

K trvalé paměti a moci tohoto našeho potvrzení a schválení poručili jsme toto privilegium sepsati rukou Jindřicha de Parisius, notáře a věrného našeho a zlatou bulou stvrditi roku, měsíce a indikce níže psaných.

Této věci svědkové jsou: arcibiskup z Bari, biskup tridentský, biskup basilejský, biskup kostnický, biskup churský, opat reichenauský, opat svatohavelský, opat weisemburský, Berthold z Neuffen, protonotář naší královské kanceláře, hrabě Oldřich z Kyburku, hrabě Rudolf z Habsburku a lantkrabě alsaský, hrabata Ludvík a Heřman z Froburku, hrabě Werner z Hohenburku, Arnold urozený pán z Wart, Rudolf fojt v Raprechtsweileru a mnoho jiných.

Stalo se léta od vtělení Páně tisícího dvoustého dvanáctého, v měsíci září,

quintedecime indictionis, regni vero domini nostri Frederici, illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti, regis Sicilie, quintodecimo. Datum in nobili civitate Basilea per manus Ulrici viceprothonotarii sexto Kalendas Octobris feliciter amen.

v patnácté indikci, království však pána našeho Fridricha, vyvoleného císaře Římanů a vždy rozmnožitele říše, krále sicilského roku patnáctého.

Dáno ve vznešeném městě Basileji rukou Oldřicha místoprotonotáře, šestých kalend říjnových šťastně amen.